Fraortes septimus medorum rex regnavit annis xxiiij
Yozias optimus cum esset xviij annorum cepit regnare super Iudam secundum
Eusebium anno quarte etatis cccxxi et regnavit annis xxxi et mul
ta bona fecit Et tandem occisus est a Nechao rege egypti
in pal. xxxv Reliquit tres filios Helyachim primogenitum
qui dictus est Yeconias Ioachim qui et Sellum et Mathaniam
qui dictus est Zedechias Tercius secundus a populo constitutus post
patrem in regnum regnavit iij mensibus et amotus est a rege Egypti
et primus mutato nomine dictus est Ioachim substitutus fuit et tri
butarius Regis egypti Tunc floruerunt

Iheremias Ezechiel prophete Baruch

Iheremias propheta puer sub quo natus qui prophetavit xlii annis
et iij mensibus Sub iiij Regibus scilicet Iosia elyachim Ioachim
et Zedechia et lapidatus est in egypto Et Ezechiel qui cepit
prophetare anno xxx etatis sue et captivitatis quinto in caldea Hic
populus Israel interfecit cum eorum crimina corriperet Baruch
propheta et Olda prophetissa similiter claruerunt Claruit etiam

Mira de Arion musico etc.

Arion musicus qui cum a nautis propter quam pecuniam portabat proiceretur in mare cepit fi
dicanere et delphin inter undas advenit et eundem receptum
dorso duxit incolumem ad Corinthum ubi se presentando quasi
electus obtulit rei gesta enarrans Arsares viij medorum
rex regnavit a xxxv Philippus septimus macedonum
regnavit annis xxxiij et post eum Eropus annis xxxviij et in
Erepus a xxvi Yoakim filius Yosie regnavit super Iudam
annis xi occidit Uriam prophetam cum eum argueret Huius anno
iiij° cepit regnare apud Babiloneos Magnus

De magno Nabugodonosor

Nabuchodonosor qui subiugavit sibi Syriam et egyptum
et anno regni sui ascendit Iherusalem capitque Ioachim cum
nobilibus duxit in Babilonem sed remisit eum in Iherusalem tri
butum imponens et obsides de semine regio scilicet Danielem qui et Baltazar et tres
pueros cum aliis secum duxit Ioachim ergo iij annis ser
vivit Nabuchodonosori postea cum tributum ei solvere negaret

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTHECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_924/0066
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG